

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Erectione, Qualitatibvs Ad Ea
Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

213. An sub genere beneficiorum, pro quibus sufficiunt 14. anni, veniant
etiam Canonicatus in Collegiata, etiam insigni, & Canonicatus in
Cathedrali, in qua facta non est illa Ordinum distributio, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)



SECTIO SECUNDA.

De qualitatibus in promovendis ad beneficia
Ecclesiastica requisitis.

C A P U T P R I M U M. DE QVALITATIBVS QVASI PHYSICIS.

PARAGRAPHVS I.

De ætate & habilitate corporis.

Questio 212. Quæ ætas requiratur ad beneficium simplex, cui sacer ordo annexus non est?



Espondeo: jure antiquo communi sufficit septen-
nium, quo clericatus obti-
neri potest Abb. in c. præ-
terea, de ætat. & qualit. n. 6.
& 7. jure novo quatuordecim anni. Conc. enim Tri-
dent. sess. 23. c. 6. de reform.
præscribens, ut nullus obtinere possit beneficium ante dictam ætatem, loquitur universali-
ter de omni beneficio viâ quacunque obtainen-
do, sive ea sit collationis aut presentationis, sive
electionis. Corrad. in praxi benef. l. 4. c. 6. num.
23. Barb. ad cit. l. Trident. n. 6. & de off. Ep. alleg. 60.
n. 78. Paxjord. l. 10. tit. 20. n. 6. Pass. de Elect. c.
25. n. 417. Lott. l. 2. q. 49. n. 17. qui etiam nu. 19.
hanc dat rationem, cur hac in parte recessum sit à
jure antiquo: quod licet ad officium legationis
apud Deum quale committitur per collationem
beneficii collatorio ut Nav. in relect. c. si quando.
in 7. except. n. 2. de rescript.) sufficiat egressus ab in-
fantiâ (cùm enim officium hujus legationis non
conficitur in qualitate personæ, qua inter homines
consideratur, sed tantum in simplicitate cordis, &
in precibus offendendis, ejus capax erit puer, mo-
dò primam pueritiam partem, qua infanta dicitur,
& septennio absolvitur, exegerit, tit. Lott. ex Cu-
jac.) collatio beneficii insuper includit spirituale
matrimonium inter beneficiatum & Ecclesiam,
ad matrimonium vero non sufficiat exiguisse in-
fantiam, sed & totam pueritiam, & sic attigisse
annum decimum quartum, quo discretio super-
venit; atas enim annorum quatuordecim dicitur
discreta, ut apud Lott. n. 23. Abb. loc. cit. Proinde
necessè est habere hanc ætatem tempore electio-
nis, vel presentationis, collationis, alteriusve pro-
motionis. Barb. loc. cit. Castrop. p. 2. t. 13. d. 4. p. 3.
num. 19. Non tamen necessè est impetrantem re-
scriptum gratiæ, seu beneficiale, quo mandetur ei
conferri beneficium proxime vacaturum, requiri-

ram ætatem ad tale beneficium habere tempore
impetracionis, seu datae literarum, sed sufficit eam
habere tempore executionis talis gratiæ Laym.
in c. si eo tempore. de rescriptis juxta c. ei cui. & Gl.
ibidem dicentem: inspicimus non tempus datae,
sed vacationis beneficij, in quo gratiæ beneficialis
executio fit. Nam licet ad dignoscendum, num
rescriptum beneficiale obreptitum sit, attendi de-
beat tempus datae, ut Nav. in c. si quando. except.
10. n. 6. ita ut non sufficiat tempore executionis
impetrantem habilem esse ad beneficium, nisi etiam
fuerit tempore impetracionis, seu datae literarum
juxta c. si eo tempore, quia non firmatur tractu
temporis, quod ab initio de jure non subsistit reg.
18. in 6. si tamen cessante obreptione, agatur de
gratia, cuius effectus pendens, & executioni man-
datus non est, spectandum est tempus non conce-
fitionis seu impetracionis, sed executionis. Laym.
loc. cit. n. 1. ex Abb. in c. dilectus. de prebend. n. 8. &
Felin. in c. eam te. de rescript. n. 18. Sufficit autem
annum decimum quartum inchoatum esse AA.
ibidem, Garc. de benef. p. 7. c. 4. n. 11. Gonz. ad reg.
8. cancel. glossa. s. n. 90. Tusch. l. 3. conel. 338. n. 12.
Azor. p. 2. l. 6. c. 5. q. 7. Lott. n. 22. citans Eman.
Sa. & Hieron. Cevall.

2. Secùs est de beneficiis impropriè talibus, ut
pote fundatis sine auctoritate Ordinarii vel Su-
perioris, et si de cetero sub nomine beneficiorum, &
Capellaniarum fundata sint, hæc enim ætatem nullam
certam requirunt (nisi forte fundator talem
qualitatem apposuisset, ad quam habendam certa
ætas necessaria esset v. g. ut tale legatum vel Ca-
pellania detur clero, tunc enim per accidentem ea
requiritur v. g. septennium) sed obvenire etiam
possunt infantibus laicis &c. Gon. loc. cit. C. Luca
de benef. disc. 95. n. 1. & 2. Idem dicendum de pen-
sionibus Ecclesiasticis, utpote qua de se sunt
quid mere temporale, quarum per se loquendo
etiam capaces sunt infantes laici, et si de consuetu-
dine Curia Romana non nisi clericis conferri
soleant. C. de Luc. ibid. n. 3.

Questio 213. An sub genere beneficiorum,
pro quibus dictum est sufficere quatuorde-
cim annos, veniant etiam Canonicatus in
Collegiata, etiam insigni; item Canonicatus
in Cathedrali, in qua facta non est illa or-
dinum distributio fieri mandata per Tri-
dent. nimis ut Canonicatus omnes par-

tim

*tim sint subdiaconales, partim diaconales,
partim presbyterales?*

R Espondeo ad primum affirmativè; nihil enim circa hos Canonicatus innovat aut speciale constituit Trident. Garc. loc. cit. n. 36. & seq. citans declarat. S. Congregationis.

2. Respondeo ad secundum: licet de jure stricto id dici posset, & asseri, Trident. desuper nihil innovasse, aut peculiariter statuisse (de quo vide fusè agentē Fagn. in c. cum in cunctis de elect. n. 51. & seq.) ex pluribus tamen S. Congregationis declarationibus, & observantia nativæ receptum esse in Canonicatus Cathedralibus, quamvis nullus iis annexus sit ordo, requiri atatem sicutem tantam, ut provisus intra annum promoveri possit ad subdiaconatum. Quod autem in Germania, etiam sine dispensatione, vel derogatione Concilii tales Canonicatus conferri soleant constitutis non nisi in atate quatuordecim annorum, id provenire ex quadam particulari consuetudine, quæ ita Concilium hac in parte in ista regione interpretata est ex voluntate Papæ, deducta ex stylo dataria. C. de Luc. loc. cit. n. 15. citans huc omnia declarari à Rota in Monaster. Canoniciatu 28. Norembr. 1646. coram Ghislero. & latius in eadem Monast. canon. 10. Junii Anno 1648. decisi. 205. ait etiam Laym. in c. cum in cunctis. de elect. §. inferiora. n. 6. constitutionem illam Trident. sess. 24. c. 12. ut omnes Canonici Cathedrales sicutem eam atatem habeant, ut intra annum subdiaconi fieri possint, in plerisque Germania Cathedralibus non omnime fieri, dum passim afflumuntur pueri, qui annum decimum quartum attigerunt, quin & interdum qui annum nequidem duodecimum excesserunt, tametsi plerisque Romæ dispensatio impetreretur, aut sicutem collationis facta revalidatio, ut perinde valeat, acsi à principio Canonica fuisse. Ex quo tamen non parvum detrimentum Ecclesiis provenire solet, propterea maximè; quod in ea atate plerisque non appareat, an qui promoveni idonei futuri sint, & Ecclesiæ utilies; hinc præstare haud dubiè ex Ecclesiæ Cathedralis provenientibus portiones non beneficiale decidi pro pueris etiam nobilibus sustentandis in studio literarum, ut ex iis, postquam ad atatem legitimam devinissent, eligi possent, qui bonis moribus & doctrinâ ornati ad servitium Dei idonei viderentur. Nec obstat, ut idem Laym. olim, seu spectato jure antiquo, post expletum septuennium beneficiorum capaces esse habitos; cum circa illa tempora rectâ intentione, & solius servitii divini causa à pīs parentibus pueri offerebantur Ecclesiis, ut in sacro aliquo collegio ad omnem pietatem, & Ecclesiasticos ritus instituerentur; nunc autem liberè vagari, & non raro malis moribus assuecere permituntur, donec ad eam atatem veniant, ut sacram Ordinem accipere, & capitulares fieri possint. Vide dicenda ex eodem post aliquot quæst. ubi de dispensatione in dicta atate. Verum Fagn. in c. cunctis. à n. 70. etiam non reflectendo ad partiale illam Germania consuetudinem abolutè docet, quod ubi nondum facta est istiusmodi distributio à Trident. demandata fieri ab Episcopo cum consilio capituli, servandum esse interim jus antiquum quod atatem requisitam ad obtinendos Canonicatus, & præbendas in Cathedrali Ecclesiæ; quidquid in contrarium scripsierint Hojeda de comparib. benef. p. 1. c. 24. n. 6. Lessl. de justit. l. 2. c. 34. dub. 20. n. 106. Garc. p. 7. c. 4. n. 28. Lott. de re beneficiis.

P. Leuren. Fori Benef. Tom. I.

l. 2. q. 47. n. 82. Et sic non exigi atatem ad ullum Ordinem sacrum requisitam, sed sufficere quatuordecim annos completos, ut habent AA. in r. super inordinata, de præb. citat Fagn. declarationem S. Congregationis, refutatque contrarias in hac ejusdem Congregationis declarationes adductas à Garcia,

Questio 214. Num que jam dicta sunt de etate requisita vi concilii Trid. ad Canonicatus Cathedrales vel alios, aliave beneficia teneant, si fundator in fundatione voluisset sufficere minorem etatem?

R Espondeo negativè. Barb. Paxjord. Castrop. Paßl. citari ad q. 1. hujus §. poterit enim fundator quascunque conditiones in limine fundationis apponere. c. præterea, de jure pat. nec responda est lex fundationis mandans puerum, imo infantem in beneficio jurispatronatus institui. Lott. l. 1. q. 32. n. 35. Corrad. l. 4. c. 6. n. 23. Idem dicendum puto in beneficio, quod fundator absque jure patronatus deiuceps viâ electionis voluit obtinere. Porro valet hoc ipsum, licet fundator non nisi tacite idipsum voluisset, mandando v. g. praesenti Clericum, modò facta sit fundatio ante Concilium Trid. quia tunc poterat institui minor quatuordecim annis Corrad. ibid. n. 24. secus si facta post illud, tunc enim si fundator uteretur his terminis: presentetur Clericus, subi. telligendum fore, dummodo habeat atatem quatuordecim annorum requisitam à Concil. cuius tunc valebat dispositione, cui proinde se conformare voluisse censendus est in dicto casu fundator. Corrad. ibid. cum regulare sit, dispositionem hominis regulari in dubio cum dispositione legis, cui se conformare voluisse censetur. l. confiduntur. ff. de jure codicil. & voluntatem testatoris limitari per juris communis dispositionem. Quod si tamen etiam post Concil. Trid. fundator exp̄s sic disposuisset, ut etiam minor quatuordecim annis possit obtainere à se fundatum beneficium, standum erit huic voluntati, cui Concilium non derogat. C. de Luc. dist. 3. de Canonicis. num. 7.

Questio 215. Quæ requiratur atas ad præbendam, Canonicatum, aliudve beneficium non curatum, cui sacer ordo annus est?

R Espondeo: illa, quæ ad suscipiendum talē ordinem infra tempus à jure statutum est necessaria, v. g. si Canonicatus est subdiaconalis, requiruntur viginti & unus annus; si diaconalis, viginti duo; si presbyteralis, viginti quatuor. Trid. sess. 24. c. 12. de reform. Non tamen requiritur atas dictorum annorum completorum, pro tempore electionis vel collationis, sed sufficit eos ita inchoatos esse, ut intra tempus, quo à jure, vel statuto suscipiendus est Ordo, completi possint, v. g. sufficiat annum vigesimum primum ita inchoatum esse, ut infra annum ab obtento canonicatu subdiaconali inchoari possit annus vigesimus secundus. Fagn. in c. cum in cunctis. num. 41. & 42. Ugol. p. 1. c. 19. num. 1. Paris. de relig. benef. l. 4. q. 9. num. 11. Riccius resolut. 239. Paßl. loc. cit. n. 419. Barb. & Gonz. LL. cit. Laym. in cap. cum in cunctis. de elect. §. inferiora. num. 5. citans Azor. p. 2. l. 6. c. 5. q. 5. Abb. in c. dudum. de elect. n. 12. contra Garc. Paxjord. LL. cit. Neque aliud intelligit Trid. sess. 22. G 3 6. 24.